Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sydones in loco sibi cohere en-
tes sup altare sub euangelio et
in eo loco ubi legitur. Parati
sunt sibi vesti. Auferantur ea duo
acolyti in modum furantis et secu

Egressus est ihs trans-
eum discipul' suus trans-
ire torrente cedron. ubi erat hortus: in
quem introiuit ipse et discipuli eius.
Sciebat autem et iudas qui tra-
debat eum locum: quia sae-
pe conuenerat
illuc cum discipulis suis. Iudas
ergo cum accepisset cohortem.
et a pontificibus et phariseis ministros
venit illuc cum laternis et fiaculis
et armis. Ihs itaq; sciens omnia
que ventura erant sup eum.
Processit et dixit eis. Quem
queritis? Responderunt ei ihm na-
zareum. Dicit eis ihs. Ego sum.
Stabat autem et iudas qui tra-
debat eum cum ipsis. Vt ergo dix-
it eis. ego sum. Abierunt retro:
sum et ceciderunt in terram. Iterum
ergo interrogauit eos. Quem
queritis? Illi autem dixe-
runt ihm nazareum. Respondit ihs.
Dixi vobis. quia ego sum.
Si me ergo quaeritis. sinite hos ab-
ire. Vt impleretur sermo quem
dixit: quia quos dedisti mihi

non perdidi ex eis quemquam. Si-
mon ergo petrus habens gladium
eduxit eum. et percussit pontifi-
cis seruum: et abscidit auriculam
eius dextram. Erat autem nomen
seruo malchus. Dixit ergo ihs
petro. Mite gladium tuum in va-
ginam. Calicem quem dedit mihi
pater: non vis ut bibam illum?
Cohors ergo et tribunus et ministri
iudaeorum comprehenderunt ihm et li-
gauerunt eum et duxerunt eum ad
annam primum. Erat autem socer cay-
phae qui erat pontifex anni illius.
Erat autem cayphas. qui consili-
um dederat iudaeis. quia expedit
unum hominem mori pro populo. Se-
quebatur autem ihm simon pe-
trus. et alius discipulus. Disci-
pulus autem ille notus erat pon-
tifici: et introiuit cum ihu in atri-
um pontificis. Petrus autem sta-
bat ad hostium foris. Exiuit ge-
discipulus ille qui notus erat
pontifici: et dixit hostiariae et
introduxit petrum. Dicit ergo
petro ancilla hostiaria. Nunq'
et tu es ex discipulis hominis isti
us? Dicit ille non sum. Sta-
bant autem serui et ministri ad
prunas quia frigus erat et ca-
lefaciebant se. Erat autem et petr?